

Cinerum usque ad Oct. Paschæ inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptiæ vero qua decet modestia et honestate fiant: sancta enim res est Matrimonium, sancteque tractandum.

19. Quæ omnia fere ex sacri Concilii Tridentini decretis desumpta, et item alia, quæ ibi de Matrimonio rite contrahendo præcipiuntur, sunt diligenter servanda.



CAPUT 2.

ORDO CELEBRANDI SOLEMNIA SPONSALIA.



Parochus virum et mulierem, si nullum inter eos sit canonicum impedimentum, de consensu in sponsalia interroget utrumque coram duobus testibus et Crucifixo ardentibus duabus candelis singillatim in hunc modum vulgari sermone:

N.! obećajete li vi ozbiljno, da ćete ovu nazočnu **N.** u svoje vrijeme uzeti za svoju zakonitu ženu?

Sponsus respondeat: Obećajem.

2. **Mox sacerdos sponsam interroget:**

N.! obećajete li vi ozbiljno, da ćete ovoga nazočnoga **N.** u svoje vrijeme uzeti za svoga zakonitoga muža?

Sponsa respondeat: Obećajem.

3. **Mutuo consensu intellecto dicit sacerdos:**

Da to obećanje potvrdite, podaj zaručnice svoj prsten zaručnici, a onda si dajte desnu ruku pred prisutnimi svjedoci.

4. **Jungentibus iis invicem dexteram dicit sacerdos:**

Confirmet hoc Deus, quod operatus est in vobis, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

5. **Vagi, peregrini, et qui incertas habent sedes; item ii, qui in tribus proclamationibus ab ordinario sunt dispensati, ante matrimonii contractionem jurent, se esse in libero statu et nullo impedimento ligari. Itaque presentibus duobus testibus et ardentibus duabus candelis coram Crucifixo sequens juramentum deponat primum sponsus, deinde sponsa parochus singula verba prænuntiantes:**

Zaklinjem se Bogom živim, da sam još neozenjen (neudata), i da nisam nikomu drugomu osim svojoj prisutnoj zaručnici (svogemu prisutnomu zaručniku) **N. N.** ženitbe obećao (obećala), i da ne znam za nijednu crkvenu zapreku proti ženitbi, koju kanimo sklopiti. **Tres digitos manus dexteræ super librum evangelii imponendo prosequitur:** Tako mi Bog pomogao i njegovo sveto evangjelje!

